Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26488
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Fides est ut ait apostolus substancia speranda re fide
rũ rerũ & argumentũ non aparentiũ. quia per fidẽ
speranda in nobis subsistunt. speranda uocat bona il
la eterna que desideramus. ut immortalitas & cetera
que in nobis iã p fidẽ subsistunt. in futuro per expien
tiã. argumentũ non aparentiũ. i. probatio. quia si q̃s
dubitat inde; que nõ possint aliquo modo pbari humana
ratione. ut si quis quereret. unde scis partũ uirginis &
futurũ etiã statũ electorũ. non habeo aliud argu
mentum. nisi credo indubitanter. quoti pphete &
alii, qui p spm̃ scm̃ sunt locuti inde dixerunt. quos ds
nullo modo fallere. & cũ ex magna parte que dixerũt.
cũ ineis loqueretur & miracula faceret. uideã cõple
ta. cetera non dubito conplenda. Ergo itaq; fides sub
stantia rerũ sperandarũ. quantum ad nos. argu
mentum non aparentiũ quantũ ad illos. s; hac diffi
nicione magis ostenditur. effectus fidei quam q̃d
ipsa sit. nec etiã omnes partes fidei conprehendit. cũ
speranda nõ p̃tenta. s; futura tantũ contineat. qua
re sic diffiniri potest. fides ẽ uoluntaria certitudo
absentiũ supra opinionẽ. & infra scientiã constitu
ta. uoluntaria. quia non cogitur. absentiũ. i. sensib;
corporeis. non subiacentiũ. supra opinionẽ. quia pl
ẽ credere quam opinari. infra scientiã constituta.
quia minus est credere quam scire. ideo etiã cre
dimus. ut aliquando sciamus. De fide oritur spes